



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 81. Ferdinandus Romanorum Rex Mauritium Electorem accedens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul XVI.
A.C. 1552.

§. LXXXI.

Ferdinandus Romanorum Rex Mauritium Electorem accedens.

*Steid. p. 276.
l. 24.*

Interea Mauritius, ejusque Socii copias suas semper propius Oenipontanæ urbi admovebant, atque Ulma per sex dies incassum obsessa, die decima nona Aprilis Stuaicum versus promotis castris processerunt, ubi juxta pacta à Galliarum Rege militare trium mensium stipendium perceperunt, eisque, cum Henricus Lenoncurtius Nantolietus in itinere fatis fuisset functus, obseques dabatur Joannes de Marchia Gamæus: vicissim vero foederatorum Principum obsides, quos Franciæ Regi dabant, erant Christophorus Megalopolitanus Dux, & Philippus Hassiæ Princeps. Post hæc ultima Aprilis die aliquot infra Ulmam miliaribus ad Danubii ripam castra metabantur, relicto interea Alberto Brandenburgico, qui viccos, & oppida igne, ac ferro devastans, ubique pecunias corradebat, arcemque Helfestænam in deditioem accipiens, ex Gislinga oppido, quod tribus nonnisi miliaribus Ulma distat, aliisque vicinis pagis octodecim aureorum millia mulctæ nomine extorquebat. Subactis hisce urbibus Mauritius Elector Danubio

nubio vectus Lincium Austriæ urbem contendit cum Romanorum Rege collo-
 cuturus, quem Cæsar eo decreverat, ut Sæcul. XVI.
A.C. 1552.
 Electorem ab hostili hac invasione aver-
 teret, atque ad acceptandas pacis con-
 ditiones inclinaret; quinimo ipsemet
 Imperator datis ad Principes literis eos
 hortabatur, ut hæc dissidia tolli, &
 novas hæc scintillas, priusquam in
 apertas erumperent flammæ, extingui
 totis viribus adlaborarent. Equidem
 Mauritius condiciones a Ferdinando
 propositas excepit, mox tamen alias
 eidem proposuit, petiitque, ut Land-
 gravius libertati redderetur, Religionis,
 ac doctrinæ dissidia componerentur, de
 Republica rite constituenda ageretur,
 ac denique proscriptis Nobilibus in gra-
 tiam receptis pax cum Galliarum Rege
 hujus foederis socio iniretur.

§. LXXXII.

*Responsum ad hæc propositiones
 Mauritio datum.*

Eodem tempore, quo Mauritius Ele-
 ctor hæc condiciones proposuerat, Sleid. l. c.
Thu. l. 10.
n. 3.
 Ferdinandus præsentibus habebat Maxi-
 milianum Archiducem Filium suum,
 Albertum Bavaricæ Ducem suum Gene-
 rum, necnon Caroli V. Legatos. Hi
 ergo Mauritio ista in responsis dabant:

11072